



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. XXII. De aliquot magni momenti monitis tentationis tempore  
necessarijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40093**

hoc modo hunc locum Cassianus & san-  
dus Thomas exponunt.

In Chronicis sancti Francisci referrur,  
quod quodam tempore ad spirituale col-  
loquium congregatis, Fr. Aegidio, Fr.  
Ruffino, Fr. Simone de Assisio, & Fr. Iu-  
niperio, dixerit alijs Fr. Aegidius: Quo-  
modo Fratres vos armatis & resistitis  
senualitatis temptationibus? Respondit  
Fr. Simon: Ego, Frater, turpitudinem &  
fuditatem peccati aduerto, & quam non  
solum Deo, sed & hominibus sit exo-  
sum, qui quamvis peruersi sint, se ab-  
scondunt & latent, ne videantur pecca-  
tum sensuale committere. Hacque con-  
sideratione magnum mihi paro odium  
huius peccati, & sic temptatione me ex-  
pedio. Frater Ruffinus ait: Ego me hu-  
i me deinceps, & multis cum lachrymis Dei  
& sanctissimae Virginis opem imploro,  
ne surgo, nisi me plane liberatum sen-  
tam.

Frater Juniperus dixit: Dum huius-  
modi diabolicas temptationes sentio, &  
intreto percipio carnis sensus, statim  
cordis portas occludo, & magnam san-  
ctarum meditationum, & bonorum de-  
fencionum turbam tanquam vigilum ibi  
colloco. Pulsantibus inimici suggestio-  
nibus & oppugnantibus porram, intus  
ego respondeo, nullo tam modo ape-  
nus. Procul hinc este, abite, iam lo-  
cus occupatus est, ideoque non patet vo-  
bus ingressus; sicque nunquam vili illi  
populo aperio, quare vietus & confusus  
abit.

Omnibus auditis, respondit Frater  
Aegidius: Tacecum, Frater Juniper, fa-  
cio, hoc enim cum virtio optime pugna-  
tur fugiendo. Vnde apparet, optimam  
huic temptationi resistendi rationem esse,  
ingressum prauis cogitationibus & tem-  
tationi huic in animam non dare; hoc  
enim omnium facillimum est. Si vero  
vel semel intrauerint prauæ ha cogita-  
tiones, non facile, sed valde difficile fuen-  
dit illas abigere: facile ingressus defen-  
ditur, eo vero occupato, magnis viribus  
opus. Tertia parte, in tractatu de castita-

te, fusius de hac temptatione eiusq; reme-  
dijs agemus, quæ etiam alijs temptationi-  
bus utilia esse poterunt.

## CAPUT XXII.

De aliquot magni momenti moni-  
tis temptationis tempore ne-  
cessariis.

**I**AM satis de temptationis remedijis di-  
ctum: verum quantumlibet multa ad-  
ferantur, nunquam omnia adferri pos-  
sunt. Ut enim corporis ægritudines, ea-  
rumque remedia tot & tam diuersa sunt,  
ut omnia nec scribi nec doceri possint; sed  
plurima medici arbitrio & opinioni per-  
mittenda, qui secundus subiecti conditio-  
nem & speciale circumstantiam applica-  
re potest tale remedium. quod maxime  
illi conuenient videtur; idem & in spiri-  
tuali ægritudine accidit:

Quam ob easam Sancti & vita spiri-  
tualis Magistri ponunt ut generale & ad  
omnes temptationes expediens remedium, Monitum II.  
ut ille spirituali medico aperiatur & de-  
tegantur. Veruntamen quia de eo tercia Tentationes  
aperienda.  
parte agemus fusius, hic solum unam po-  
nemus, quam mones sanctus Basilius de 3.p. tract. 7.  
hoc negotio. Dicit Sanctus hic, ut cor  
poris ægritudines non cuiusvis, sed illi so-  
lum, qui eas curare potest, qui est medi-  
cus, aperiuntur; eodem modo & tenta-Basil. in reg. 1.  
brevisor. 219.  
tiones, & spirituales ægritudines non o-  
mnibus aperienda sunt, sed illis solum,  
quos Deus ad hoc ut medicos constituit,  
qui sunt Superiores vel Confessarij, se-  
cundum illud D. Pauli: Rem. 15.1.  
*Debenimus autem nos firmiores imbecillitas et infirmorum for-  
tare.* Ideo Regula nostra ait, in similibus 3.p. const. c. 1.  
ad Praefectum rerum spiritualium, vel ad Con- §. 12. reg. 41.  
fessarium, vel Superiorē recurrendum esse. Summary;  
Quod confiliū maioris mometi, quā for-  
san aliqui putant. Soler enim contingere  
aliquem suas temptationes et inolle dete-  
gere, cui debet, & ei detegere, cui non  
debet, cuique damnum detegendo infer-  
re, quod & in ipsum redundabit. Fieri  
enim poterit, alterum eadem tentatione-& fra.

& fragilitate teneri, eoque ambos magis confirmari.

Vt ergo hoc & alia similia pericula videntur, multum profuerit, aliquem suas tentationes & spirituales aegritudines communicare medicis spiritualibus, qui illas sanare possunt; de quibus certus erit, se damnum non illaturum, sed utilitatem consequeturum. Hincque ait Sapiens, Eccles. 8. 22. Non enim omni homini cor tuum manifestes. Et alibi, Eccles. 6. 6. Multis pacifici sint tibi: & consilarius unius sit tibi de mille.

*Monitum II.*

Nihil emit-  
tendum de  
spiritu libus  
exercitu.

Aliud præterea monitum seu consilium dant temptationis tempore valde necessarium. Vt curemus tali tempore exercitia nostra spiritualia continuare, & in eis diligenter perseuerare, & nunquam illa intermittamus, vel diminuamus.

Quamuis enim non aliud Diabolus temptatione sua efficeret, quam nos ab his separaret; sane permultum effecerit, & abunde sibi satisfactum crediderit. Tunc enim maxime hac continuatione nobis opus est, præstaretque illis quid addi, quam demi.

Si enim Diabolus nos armis spiritualibus, quibus nos defendimus, illum offendimus, spoliauerit; certum est illum nos facile eo perducturum, quo voler. Hincque multum expediat tempore temptationis nos Deo fideles esse; hoc enim tempore veri eius servi explorantur: *Vos esis, qui metum permansistis in temptationibus meis.*

*Luc. 22. 28.*

Non magnum, quem in bonis suis exercitijs perseuerare, dum tranquillitas & deuotio; sed perseuerare, dum temptationes, tempestates, siccitates, & ariditates insurgunt, bonum & laudabile: euidens enim veri amoris signum est, & quod pure Deo seruat, cui se totum dedit.

*Monitum*

*III.*

*In mentis a-  
bus nihil inno-  
nandum.*

Tertium monitum est temptationis tempore seruandum; ne quis mutet, vel nouum propositum vel resolutionem ineat; hoc enim tempus huic rei apposatum non est.

In turbida aqua nihil videtur; subhi-

dat lutum, & clarior fiat; & videbis minimos lapillos & areñulas, quæ in fundo sunt. Tentatione quis multum turbatus & inquietus est, non exakte certere potest, quod deberet: *Comprehendunt me iniuriantes mea, & non potinuiri derem.*

Ideo hoc non deliberandi & resoluendi tempus est de re aliqua noua. Subsidat & clarior fiat aqua, dumque quietior eris, poteris melius aduertere, quid tibi expediatur: multum hoc consilium a spiritualis vita Magistris laudatur & commendatur: & Pater nobis id exercitiorum libro proponit in Regulis, quas ad signat ad diuersos spiritus discernendos, bonamque huius rationem addit. Vt enim quis consolationis tempore fetur, & a Deo mouetur ad bonum; eodem modo temptationis tempore fetur & instigatur a Diabolo, cuius instigatione nunciam bonum fit.

Quarto, temptationis tempore operam nos diligentes esse, ut prædictis reme, dijs vtamur, & ne otiosissimus. Quod ex emplo sequente facile erit intelligere. Narratur in Patrum viii, Monachum quendam valde a spiritu fornicationis vexatum fuisse, & desiderans colli- berari, accessit quendam probatissima vita Patrem, cui magno cum animi dolore dixit: Curam mei, venerande Pater, habe, & roga Deum mihi auxilio sit, multum enim me impugnat fornicationis spiritus. Quo audito, sanctus Senex non cessauit die & noctu pro illo Deum ora- re, vt illi auxilio esset. Aliquot claps diebus ad Patrem redit Monachus, & orat, vt maiori instantia pro illo Deo sup- plicet, quod temptatione non minueretur. Maiore furore Deum postea ota- bat Pater, vt Monacho vires suggerat, & cum gemitu & suspirio Diuinam Maiestatem flectere conabatur. Septuad Senem reditar Monachus, & dicebat, orationibus suis nihil profici: unde Senex confusus, & miratus fuit, quod Deus illum non audiret. Quacogitatione fatigatus nocte sequente, reuelat Deus causam

causam huius esse monachi negligentiam & abiectionem animum in resistendo. Relatio autem huiusmodi fuit: Vedit monachum oiosum & sedentem, & fornicationis spiritum ante eum stantem, qui diversas ei mulierum formas exhibebat sudore & vim inferendo: & monachus adspiciebat, & eis delectabatur. Videbat & Angelum Dei ipsi adhucatem, valde monacho irascentem, quod inde non surgeret, & ad Deum confugeret, & in terram caderet & oraret, & non cessaret cogitationibus suis delectari. Hinc bonus senex amaduerterebat, monachu negligentiā causam esse, cur Deus illum non exaudiret. Idcirco dum cursus illum visitaret, dixit: Tua culpa me nō audit Deus, quod malis cogitationibus delecteris. Fieri non potest, ut obscenus ille fornicationis spiritus te deserat, quamvis alii pro te Deum orient; nisi tu ipse labores multis iejunis, orationibus & vigiliis, Deum gemitibus & suspiriis & lachrymis rogans, ut tibi auxilio & misericordiam largiatur, & vises suggerat, ut malis possis cogitationibus resistere: quamvis enim medici necessarias ægrot applicent, & omnem diligentiam adhibeant; tamen illi non proficiunt, sille noxia & damnoles edat. Idem & in animæ & gratitudinibus vsi venit, licet enim venerandus patres, qui animæ medici sunt, omni attentione & ex toto corde pro talibus orient, qui pro se orationes petunt, parum tales medici proficiunt, si tētati spiritualibus se operibus non exerceant orando, iejunando, & alia Deo grata agenda. Monachus hæc audiens cordeq; compunctus postea senis consilium secutus est & iejunii, vigilis & orationibus se affixit, coque pæcto Dei misericordiam consecutus est, & cessauit tentatio. Idem & nobis in temptationibus faciendum, quantum in nobis est collaborantes, & mediis, quibus opus est tentare: hoc enim modo Deus victoriam largiri paratus est. Et quoniam resistentia hæc temptationū intendi vel minui potest; non statim satis

nobis esse debet qualicunque ratione resistere, sed optima ratione & modo uti. In idam magno suo famulo, eius ordinis <sup>Francis. S.</sup> Re- <sup>Francis. S.</sup> ligioso, nomine Ioanni de Aluernia ostendisse differentem rationem, qua religiosi vtebantur contra tentationes, pre tertim carnales cogitationes. Videbat quasi innumeram dæmonum multitudinem, qui contra Dei seruos multas omittebant sagittas, quarum aliqua magna vi in dæmones ipsos retoquebantur, a quibus emissæ erant, qui post multo cum clavore fugiebant, quasi erubescentes. Aliæ sagittarum à dæmonibus emissarum Religionis ostangebant, sed statim sine eorum lassione humi cedebant. Aliæ usq; ad carnem tangebant, aliæ totum corpus transfigebant. Secundum hæc ergo optimus resistendi modus, & qui nobis felicissimus primus est: vulnerantes diabolum iisdem temptationibus & sagittis, quibus nos vulnerare conatur, illum in fugam agentes. Idque accommodate facere licet, dum diabolo nobis suis temptationibus nocere moliente; nos maiores inde consequemur fructum, ut si ex superbia & vanitatis temptatione, quam diabolus suggesterit, maiorem humilitatem & abiectionem consequamur. Et ex turpi & inhonestâ temptatione maiori huius vitii odio afficiamur, & maiore inflammemur castitatis amore, & maiori cum continentia viuamus, & feruentius Deo seruiamus. Hincque ait S. Augustinus in hæc verba: *Draco iste, quem absconderunt, formasti ad illudendum eum: seruos Dei sic Psal. 103. 26.*

*Vulnerandum  
& Demon  
sistens sagit-  
tu, quibus  
nos petit.*

*Psalm. 9. 16.  
Psal. 34. 8.  
Psal. 7. 17.*

*Conuertetur dolor in caput eius, & in  
uerticem ipsius iniquitas eius  
descendet.*

Rodriguez exercit. pars 2.

bb TRACTA-